



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Reditus in Hispaniam. Cap. VI.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

intuebatur, quem anteambulonem ad vsque cœnobij fores secutus, non modicas voluptates hauriebat.

43. Iam hiemare cœlum inceperat, & niuibus glacieque omnia circum infesta esse, cum tanto maris intervallo Italia repeteretur. Neque vlla tamen illum præsidia in hiemem muniere, nisi quod crassioris telæ femoralia, ac de simili centone thorax amiciebant: & hic quidem secundum humeros lacer; cui, decurtatæ tuniculæ lacernam tenuem, ac senio victam, superinijceret. Calceatus item, cetera crura relinquebat prorsus detecta.

IGNATII reditus in Hispanias.

C A P. V I.

44. **H**OC ornatu præparatus in Cyprum deuehitur. In Cyprio portu tres naues reperit, inde propediem soluturas, Turcorum alteram, alteram Venetorum, armamentis omnibus apprimè instructam: in quarum quidem neu-
tram

tram admitti potuit. Et Venetæ nauarchus rogatus, IGNATIVM transportaret; compertâ eius mendicitate, parum habuit negare, ni eundem insuper cauillo peteret. Eum certè, quem sibi tam prodigiosè sanctum memorent, nauigij non egere: iuberet vndas magis ancillari, & pedibus obnoxium mare perambulare. Pœnituit statim dixisse: & linguæ intemperantiam repentina nauigij clades expiauit.

45. Reiectus in hunc modum IGNATIVS, tertiam conscendit, exiguam illam, & vetustate carieque proximè fatiscentem. Eæ simul omnes in altum euectæ, ac secundis ventis in vesperum vsæ. Inde cælum omne turbari, mare furere, & naues atrocibus procellis concussæ, longè diuersissima euenta sortiri. Turcica fluctibus decumanis expugnata, & immani aquarum vortice, cum omnibus vectoribus hauita, momento subsidit. Mitiùs in Venetam sæuitum est:

ea

ea iuxta Cyprum euerſa quidem labefactaque peſſum ijt, ſed incolumem tamen turbam expoſuit.

46. Solus IGNATII lembus, quamquam malè ſartus, impunè per omnes tempeſtatis turbines euafit: ac medio circiter Ianuario, anni M. D. XXI V. ſaluis omnibus portum tenuit. Verùm ille vix pauculos dies Venetijs moratus, repetere terram Hispaniam conſtituit. Cui rei numis aliquot, crallaque panni telâ, quæ ſtomacho fouendo eſſet, in ſtipe acceptis (nam à frigore longaque nuditate vexatus, pridem laborabat) Ferrariam, Italiae urbem proficiſcitur: vbi ſuper alios alij pauperes incidere, & ſtipem de more ſtagitantes, IGNATIVM breuè omni, quam diximus, pecuniâ exuere. Ipſe dein è templo egreſſus, oſtiatim ſibi cibarium panem emendicauit.

47. Poſt abire Genuam volens, non potuit, quin à militum Hiſpanorum præſidijs conſpectus, & pro exploratore primùm comprehenſus,

ſus
inſ
cib
der
uit
Se
bel
eu
rah
I
da
du
gr
pi
ni

I

48

ni
co
lit
qu
D
in
cu

sus, indignissimè multaretur: tum infani vicem traductus, pugnis calcibusque non perfunctoriè concideretur. Quæ tanta suorum conuitia hilaris ille ferre perseuerauit. Sed Galli, quibus eâ tempestate bellum cum Hispanis acre erat, eundem postea nacti, longè liberaliùs dimiserunt: gens iterato in *IGNATIVM* beneficio memoranda. Genuam hunc in modum perductus, indidem Barcinonem, ingruentibus mari quâ hostium quâ piratarum periculis, incolumis denique traiecit.

IGNATII studium litterarium
Barcinone. CAP. VII.

48. **P**OST quàm difficili peregrinatione defunctus in Hispanias *IGNATIVS* reuertit, non fuit consilium, reliquam ætatem sine litterarum cultu degere: nempe, si quam orbi laboranti opem ferre, Deoquæ obsequium probare suum impensius vellet, intelligebat, esse cum studio virtutum, scientiarum quoque